UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum dierum Quadragesimæ

Drużbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

12. Considerando instrumenta Passionis Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

Visual Library

tendimus, quòd nos magis ipſi ſimus odio,
cratione, deteſtationeque digni, qui totius
bolicæ, Judaicæ, aliorum omnium malitiæ
mus cauſa, & inſuper etiam horum omniu
ſcelere exſuperatores, atque transgreſſ
adeò, ut nulla ſit inter illorum noſtramque
litiam proportio, quoniam etſi horum om
in Chriſtum malitia non ſæviſſet; adhuc t
noſtra peccata ſanguinis, & Paſſionis, &
tis Chriſti, & occaſio, & cauſa, & admi
fuiſſent. Ita ut longè furioſiùs, longèque
ſtinatiùs, longè denique malignissimâ i
tentiâ efficaciùs, noſtra ſcelera clamaveri
voces, *Crucifige, Tolle, Sanguis ejus ſuper no*
ſuper filios noſtros. O ſi hæc intimis ſenſibus
dis noſtri capere poſſemus! ô ſi intimâ
ſcelerum noſtrorum omnium, ſingulorum
cognoſcere atque penetrare laboraremus
manitatem! ô ſi aliquando cogitationes
obligatione noſtrâ in JEſum, dignas ch
JEſu erga nos, aſſumeremus, nec unqua
poneremus!

MODUS XII.

DUodecimus Paſſionem Dominicam
tandi modus eſt: Aſſumere inſtru
extrinſeca Dominicæ Paſſionis, quæ ſervi
ad dolores ignominiasque Chriſti. Ejus
ſunt funes, catenæ, lora, fuſtes, ligna,
faces, pugni, palmæ, ungues, ſputa, cal
genua, flagella, virgæ, ſpinæ, arundo, pu
myrrha, fel, acetum, crux clavi, mallei, la
titulus crucis, velum oculis obductum,

alba, aleæ ſeu ſortes, ſpongia, hyſoppus: ab his omnibus inſtrumentis, ſua portio pænarum & ignominiarum, Chriſto obvenit. Quæ conſideratione expenſa, fructum in anima meditantis poſſunt facere: tum excitando compaſſionem; tum ſuadendo imitationem, tum exigendo gratitudinem; tum movendo admirationem; tum ſpiritualem ſuggerendo inſtructionem.

Tam huic modo, quàm præcedentibus duobus, ſequentibusque etiam tribus, dabit aliquam opinor, non ſolùm cogitationum, ſed etiam affectionum materiem, indiculus pœnarum Chriſti Domini, quem hic ex piis probatisque authoribus ſubjicio. Igitur Bartholomæus Saluthius Ordinis Minorum: vir piiſſimis & geſtis & ſcriptis hac ætate notiſſimus, talem indiculum collegit contexuitque.

[Devotæ revelationes Sanctiſſimæ Paſſionis Domini noſtri JEſu Chriſti, factæ ab eodem JEſu Chriſto, Beatæ Mechtildi, Eliſabethæ, Brigidæ. *Barthol. Saluthius in Convivio Spirituali poſt Præfationem*

Elevatus eſt Dominus è terra per capillos, funes, -- 23. Anguſtiatus & cruciatus -- 170. Plagæ ad columnam 6666. Lapſus in terram „ ab horto usque ad domum Annæ - 7. Lapſus „ in plateis cum tenderet ad montem Calvariæ „ 7. Alapæ in faciem 102. Guttæ ſanguinis effu- „ ſæ 118225. Pugni in faciem 20. Verbera ſuper crura - 32. Verbera lethifera - 19. Verbera pectori atque capiti inflicta - 21. Verbera cæteris major - 72. Puncturæ ex frequentata Coronæ impoſitione & detractione - 1000. Pedum pulſationes - 140. Suſpiria è pectore emiſſa 109. Lethalis ad columnam alliſio - 1. Lethiferæ alli-

ſiones - 3. Sputorum conſpurcationes, humi jaceret ſuper crucem extenſus - 73. M in Chriſtum armati - 118. Horum è plebe clæ - 230. Vulnera livida - 1199. A quibu ductus & ligatus - 3. Per barbam tractus ceratus - 78.

„Aliæ revelationes, de eadem Sancti Paſſione, factæ ab eodem JEſu, alteri de perſonæ.

Vulnera in Capite - 3. Pugni in oculo Pugni in genas atque os, per quos effl ſanguis ex ore & naribus, quo ictu duo excuſſi dentes - 5. Percuſſa corona arundi & baculis, vi quàm maximâ - 40. Lapſa & poſita corona eſt - 8. Spinæ, quæ perterebr cranium, & ad cerebrum usque infixæ ſun Spinæ fractæ, quæ in ipſa morte cerebro remanſerunt 3. Guttæ ſanguinis ex ſpin puncturis rorarunt - 3000. Exſputationes „ciem - 100. Vellicationes narium - 20. „cationes auricularum - 30. Verbera in „ces - 25.

Hactenus Saluthius in Convivio ſpi Amatoris JEſu poſt Præfationem.

A Landſpergio verò hæc ita referun [„Legitur revelatum, Chriſtum Dom „percuſſum in facie alapis - 102. Punis - 1 ore præcipuè - 30. Calceis - 140. vicibus cuſſionibus in brachiis - 62. In pectore In cruribus - 32. In humeris, & dorſo Conſputum in facie - 63. Per terram tra capillis 27. In Capite transpunctum punct bus 1000. Flagellorum ictibus percuſſum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Denique in toto corpore affectum vulneri-„
bus- 5475.„

Hæc Landſpergius, Sermone de præcipuis effectibus, & virtutibus, in Paſſione Chriſti nobis exhibitis, & apud Joſephum Speranſa Puncto 154. Script. Select.

MODUS XIII.

Decimus tertius modus Paſſionem Domini meditandi eſt, aſſumere varios Chriſti Domini in Paſſione ſua ſitus, & conſiderare quid unoquoque egerit, actumve cum illo fuerit, & paſſus ſit. Conſideretur, v. g. JEſus procumbens in genua, & proſtratus in faciem ſuam inter orandum in Horto. Conſideretur obviam Judæ, hoſtibusque prodiens, ad oſculum admittens, hoſtes verbo proſternens. Conſideretur JEſus captus, ligatus, ad Urbem & Annam tractus. Conſideretur ſtans coram Anna, coram Caipha, coram Concilio, inter ſatellites, inter cuſtodes, totâ nocte vinctus, abjectusque jacens, aut ſemipendens catenatus, compeditus. Conſideretur ſtans rurſum manè coram Concilio, coram Pilato, Herode, rurſumque Pilato. Conſideretur in viis iſtis vadens, rediens, à Caipha ad Pilatum, ab hoc ad Herodem. Conſideretur ad columnam nudatus, ligatus, verecundus, tremens, cinctus carnificibus, ludibrium ſpectatorum, flagellis conciſus. Conſideretur religatus à columna, veſtes ſuas hic inde ſparſas, colligens, ſanguineis glomis veſtigia ſignans, veſtes induens. Conſideretur à militibus rurſum raptus, exutus veſtibus, ſedere in fruſto ſaxi aut